

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

VENIT ABRAHAM UT PLANGERET

Et fletet eam: idest, uxorem Saram.

Genes. 23. v. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

EST aliquis & dolendi, & dolentis decor. Hic à Sapiente servandus; & quem admodum in rebus ceteris, ita & in lachrymis aliquid fati. Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor ipse. Studendum igitur legibus naturæ, haudquaquam ostentationis voluptati. Appositè Stoicus Cordub. *Epist. 99.* & consultat dolori, & tolerandi prudentiæ. *Cum primum nos (inquit) nuncius acerbi funeris percussit, cum tenemus corpus à complexu nostro in ignem transturum, lachrymas naturalis necessitas exprimit, & spiritus ipsa doloris impulsus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem humorem perpremit, & expellit. Hæ lachryma per elisionem cadunt, nolentibus nobis. Aliæ sunt quibus exitum damus, cum memoria eorum quos amissimus, retractatur, & inest quiddam dulce tristitiæ. Cum occurrunt sermones eorum iucundi, conversatio hilaris, officiosa pietas; tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. Hant sua sponte: ire autem possunt placidis, atque compositis. Sæpe salva Sapientis auctoritate fluxerunt, tanto temperamento, ut illis nec humanitas, nec dignitas deesset. Licet natura obsequi gravitate servatâ. Fortem in funere charorum voca impium, colludentem verò effeminatum. Nihil nimis. Ita factò functi dilectissimâ & meritò, coniuge Sarâ, quas lachrymas, Abraham vel in filij oblatione repressit, cohibere minime voluit; igitur in funere coniugis, & planxit, & luxit. Suffragatus est legibus natura, in coniugis amissione: etenim nec masculas hominem ex homine tollit, nec humanis passionibus, atque affectibus exuit. Aptius cadit, quam in Herculem, quod cecinit Tragedus in *Oetæo Act. 4. v. 1263.**

*Unde iste fletus? Unde in hac lachrymâ genas,
Invidius olim vultus, & nunquam malis
Lachrymas suis præbere consuetus pudor!
Iam flere didicit. Quis diis fletum Herculis,
Quæ terra vidit?*

Gravatur cor mœstitudine, & amore: unde in lachrymas erumpit, & in amoris signaculum & in cordolij subfidium.

2. Fecundissimum igitur argumentum occurrit de ritu sepeliendi: quod missum hinc in necessarijs faciam, videndum tamen (quippe non solum pro varietate Nationum, & Gentium; sed in qualibet, distincti mores pro diversitate populorum) apud *Ravil. Tex. in Officium. lib. 2. cap. 103.* *Lil. Gregor. Gyrald. libell. de Sepulchr. & vario sepeliendi ritu.* *Franc. Pomey in Libitin. Iust. Lipsium lib. 1. Elector. cap. 6.* *Adrian. Turneb. lib. 19. Advers. cap. 5.* *Ioannem Kirchemannum de Funerib. Roman. Alexand. ab Alexand. lib. 6. Genial. diæ. cap. 14.* *Caesium Rodigin. Lect. Antiq. lib. 17. cap. 19.* *Sopranum de Funerib. Rosin. de Antiq. Rom. lib. 5. cap. 39.* aliosque plures. Apud Poetas obvia passim. Aliquarum Nationum ritus canit *Silius Italic. lib. 13. de Bell. Punic. v. 469.*

*Tunuli & cinerum sententia discors.
Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera.
Exanima obscenæ consumit corpora vultus:
Regia cum luca posuerunt membra, probatum est
Hyrcanis, adhibere canes: Egyptia tellus
Claudit odorato post funus flantia saxo
Corpora, & à mensi exanguem baud separat umbram.*

Exbau:

Senec.

Modus pruden-
dentis in
luctu.

Senec.

Variis sepe-
landi ritus.

Sil. Italic.

*Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virum, & longum myrrhata reponit in avum.
Quid qui reclusâ nudos Garamantes arenâ
Infodiunt? Quid qui sevo sepelire profundo
Exanimis mandant Lybicus Nasamones in oris?
At Celta vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula servant;
Cecropida ob patriam Mavortis sorte peremptos
Decrevere simul communibus urere flammis.
At gente in Scythica suspensa cadavera truncis
Lenta dies sepelit, putri liquentia tabo.*

Plura alia videnda apud *Claud. Dauisquem Siliij commentatorem, sicut apud Servium; Donatum, Pontanum & La-Zerda in Virgilium lib. 6. Æneid. v. 212. qui ita refert apparatum, seu funeralem pompam pro Mifeno Æneæ tubicine.*

*Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis, & robore scæto
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intextunt latera, & fœrales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis:
Pars calidos latices, & abena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis, & unguunt,
Fit gemitus: tum membra toro deserta reponunt.
Purpureasque super vestes, velamina nota,
Coniiciunt. Pars ingenti subiere feretro
Triste ministerium, & subiectam more parentum;
Aversis tenere facem. Congesta cremantur
Thurea dona, dapes fuso crateres olivo.
Postquam colapsi cineres, & flamma quievit,
Reliquias vino & bibulam lavere favillam,
Ossaque læta cado textit Chorineus abeno.
Idem ter socios pura circumdedit unda
Spargens rore levi, & rano felici oliva
Lustravitque viros, dixitque novissima verba:
At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
Imponit, suaque arma viro, remanque, tubamque
Monte sub æreo, qui nunc Mifenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.*

3. Elucent ergo ritus in pompa funerali. Funera enim solemnia celebrabantur tubis, vel tibijs (Mortuos ad sepulchrum cum cantu prosequi, usitatum, quoniam animæ ipse post corporis vincula ad originem dulcedinis muticæ, hoc est, ad cælum ipsum redire creditum est *Præcis*) quibus sonitus tristis edebant, & cantores *Siticines* appellabant: *Eò quòd* (inquit *Gellius lib. 20. Noctium Attic. cap. 2.*) *apud Sitos canere soliti essent: hoc est, vitâ funestos, & sepultos. Eoq; habuisse proprium genus tube, qua canerent, à cætorum tubicinum proprietate differens. Eunus dicebatur, dum cadaver ardebat: Exequiæ, dum portabatur: Reliquiæ, post crematum, & bustum; Conditum verò, iam sepultum: sed antequàm cadaver in pyram injiceretur, digitus manus dextræ incidebatur, ad quem servatum iusta fiebant, reliquo corpore usque referret ut sup. Gyraldus: sed hoc solummodò si in bello caderet, ut postea Romæ solemnes fieret exequiæ: quo intelligitur *lex 6. p. 1. XII. Tabular. ubi defuncti permittitur ossa legere. Videtis Rosin. de Antiq. Rom. lib. 8. cap. 6. & Déph. hic. Tunc condito, idest humato (quippe olim dicebantur sepulti, quoquo modo cõditi) flores libi, aromata, supellectilia, & pretiosiora quæque iniiciebant in loculum: mactabantur vicinæ (apud Barbaros etiam uxores & servi) prius fecissent, ut cadavera familiarium, equorum, canumque simul in busto cum principis cadavere cremarentur: ut refert *Homerus factum ab Achille in parentalijs Patroclij. Postea formicæ lamentatrices nanius incipiebant, & siquæ vel vinculo amoris ac sanguinis adstrictæ vellebant capillos, carpebant faciem & genas unguibus sibi radebant. Finito plantu cenabant splendide, unde *Cœna fœrales, Siliternis, funerum fœcula, ac defunctorum pocula: demumque funebri oratio.****

Virgilij

Funera celsa
brabantur
tubis.
Quid Siticines?

Aul. Gell.
Quid funus
& exequiæ?

Quando &
cur digitus
dextræ manus
cadavera
viti scabam
sunt?

Quid Siliternis
ceruiæ?

Tom. II. Taut.

Ddd

gio-

tione à propinquo fato functus laudabatur, atque dicebat novissima verba.

4. Pere omnia patent ex Scriptura. Musica seu tibiz, Matth. 9. 23. *Cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, quem articulum interpretans Sedulius lib. 3. de Chrif. mirae. v. 130. ait:*

*Moriens ubi virgo iacebat,
Extremum sortita diem, irepidasque tumultus
Omnia lamentis ululans implebat amaritis,
Fumeroisque modos cantu lachrymante gerebant
Tibicines, plangorque frequens confuderat ades.*

Musica in
Iuda.
Sopran.

Tob. 14. 16. *Complevis annis nonaginta novem in timore Domini cum gaudio sepelierunt eum. Cum gaudio, quia cum cantu inquit Sopranus Digress. de Funerib. part. 2. cap. 5. quod quidem erat honor illustrium, uti ibid. v. 2. de seniore Tobia dicitur: Sepultus est honorificè. Clare Mich. 2. 4. ubi: Tempus pessimum est. In die illa fumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suavitate dicentium: Depopulatione vastati sumus &c. Quod explicat Hebr. legens: In die illa lamentabitur lamentum lamenti. Eclerem. 48. 36. pro dolore vastationis Moab, dicitur: Propterea cor meum ad Moab quasi tibia resonabit, & Isai. 16. 11. in idem argumentum: Super hoc venter meus ad Moab quasi citrara sonabit. Apud Profanos crebro. Ovid. lib. 6. Fastor. & lib. 5. Trist. Eleg. 1.*

*Temporibus veterum tibicinis usus avorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis:
Cantabat mœstis tibia funeribus.
Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?
Tibia funeribus convenit ista meam*

Ovid.

Et Papinius Statius lib. 6. Thebaidos v. 68. & 120.

*Gloria mista malis, afflictaque ambitus aule,
Ceu grande exequijs onus, atque immensa ferantur.
Membra rogo: sed casta tamen, sterilisque dolentes
Flamma iuvat, parvique augentur funere Manes
Cum signum luctus, cornu grave mugit adanco
Tibia, cui teneros factum pro ducere Manes.*

Stati.

Propertius lib. 2. Eleg. 7. & Eleg. 13. & lib. 3. Eleg. 12.

*Ab mea tum quales caneret tibi Cynthia sonos
Tibia, funestatristior illa tuba:
Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa,
Nec tuba sit fati vana querela mihi.
Sic mœsta cocinere tuba, cum subdita nostrum
Detraheret lecto fax inimica caput.*

Properti.

Denique Virgilius lib. 11. Aeneid. v. 185.

*Constituere pyras: huc corpora quisque suorum
More tulere patrum, subiectisque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine celum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustravere in equis, ululatusque ore dedere.
Spargitur & tellus lachrymis, sparguntur & arma:
Et caelo clamorque virum, clangorque tubarum.*

Virgil.

Huius moris meminere Hieron. Magius lib. 1. Miscell. cap. 13. Tiranquell. in lib. 3. cap. 7. Alex. ab Alex. Senec. in Mort. Claud. Cicer. lib. 2. de Legib. Petron. in Satyr. Suetonius in August. cap. 100. Funus (inquit) triumphali porta, canentibus Naniam principum liberis utrisque sexus. Subdit Ioseph Scalig. Ea canebatur ad tibia. Eadem habet in Caesar. cap. 87. Gallen. lib. 3. de Symptom. causis, ait: Porro sunt alij bombofi, bombi latissimarum tibiariarum non absimiles, quales habere solent, qui tymbula, id est, stivines nominantur. Attribulatur Apuleius Florid. 1. & 3. ubi: Tibia questu delectabilior, & fistula susurrus iucundior, & buccina signficatu longinquior.

Gallen.

Apulei.

5. Flores spargi etiam ritus Hebræorum in obsequium cadaverum. Hinc Sponfa quasi iam præ charitatis vulnere proxima morti, Cant. 2. 5. sodalibus dixit: *Enclite me floribus stipate me malis, quia amore languet: diximus floribus ornari sepulchra, Taut. l. 3.*

Di-

Didasc. 7. num. 1. Jerem. 48. 9. *Date florem Moab, quia flores egredietur: & civitates eius deserta erunt: quasi iam mortuum regnum, vel destinatum morti. Unde Sept. Interpret. Date signa Moab, quia igne succendetur, inflammatione inflammabitur: sicut solet confrii pyra cadaveribus. Portenditur signum exterminij Moabitarum. Primò, quia qui devoti morti, olim coronis redimebantur (maximè si peripsea urbium, ut notat Suidas, quod quidem fiebat cum victimis immolandis, constatque forma etiam ex Sacr. pagina, Act. 14. 12.) igitur in specie illa pulchra lenirent dolorem vel incertitudinem mortis, ducebantur ad aras onullis floribus rutilis, & alijs delicijs, genialibus pro interficiendorum conditionibus. Ita Pyrrhus abductam fraude Helenæ Polixenam, ad tumulum Achillis iugulat, connubialibus vestimentis ornatam. Canit Seneca in Troad. Act. ult. v. 1130.*

Floribus ornabantur sepulchra.

Vidiam etiam.

*Cum subditò, thalami more, præcedunt faces.
It pronuba illi Tyndaris, mœstum caput
Demissa. Tali nubat Hermione modo
Phryges præcantur &c.*

Seneca.

6. Deinde, quia solebant cadavera ornare floribus, ut observat Hieronymus Epist. 26. ad Pammach. *Cæteri mariti super tumulis coningum spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos, & dolores pectoris his officijs consolantur, &c. Profanorum magna seges. Iuvenal. Satyr. 7. v. 207.*

Et cadaverum.

*Dij maiorum umbris tenuem, & sine pondere terram,
Spirantemque crocos, & in urna perpetuum ver.*

Iuvenal.

Perfius Satyr. 1. v. 50.

*Nunc non è Manibus illis,
Nunc non è tumulto, fortunatæque favilla
Nascuntur violæ?*

Perf.

Virgilius lib. 6. Aeneid. v. 883.

*Manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores animamque nepotis
His saltem acumulem donis.*

Virgil.

Tibullus lib. 2. Eleg. 5.

*Illam mihi sancto est illius dona sepulchro,
Et madefacta meis ferta feram lachrymis.*

Tibull.

Propertius lib. 1. Eleg. 17. *Tenera poneret ossa rosa, & l. 6. 3. Eleg. 5.*

*Me in vet besternis positum languere corollis
Et caput in verna semper habere rosa.*

Properti.

Quod quidem etiam arbitrabantur placationem Manium, ut canit Ovidius lib. 2. Fastor.

*Tegula porrehtis satis est velata coronis
Et sparsa fruges parcaque mica salis.
Hincque mero molita Ceres, violæque solute:
Hæc habet media testa reperta via.
Nec maiora veto, sed & his placabilis umbra,
Adde preces positis, & pia verba foci.*

Ovid.

7. Unguentorum & aromatum etiam in Scriptura mentio fit. Apud Egyptios communis. Hinc Genes. 30. 2. mortuo Iacob, Ioseph præcepit servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quod postea inolevit apud Hebræos. 2. Paralip. 16. 14. de Aia dicitur: *Sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in civitate David: posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus, & unguentis metreticis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt eum ambitione nimia. Christus ritum signat, Matth. 26. 12. Quid molesti estis huic mulieri, opus enim bonum operata est in me. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Eadem Ioann. 12. 7. Ita ergo ut condiretur, venit Nicodemus: ferens misturam myrræ & aliois quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Ioann. 19. 39. Adhuc post sepultum dilectæ discipulæ cum transisset Sabbatum, emerunt aromata, ut volentes ungerent Iesum. Marc. 16. 1. & Luc. 24. 1. Apud Ethnicos plura obvia. Ovidius lib. 3. Fastor.*

Unguents & aromata huius cadaverum condita.

*Mista bibant molles lachrymis unguenta favilla,
Vertice libatas accipiuntque comas.*

Ovid.

Homerus Illiad. 18. v. 349. 22. 442. 23. 40. Odyss. 4. v. 49. 17. 85. 19. 317. & alijs in locis.

Homer.

Sed postquam ferebat aqua in nitido are
Tunc abluerunt, & unxerunt pingui oleo,
Et vulnere repleverunt unguento novem annorum.

Perfius Satyr. 6. v. 34. & Ennius de funere Tarquini, Urna

Perf.

Ossa inodora dabit: seu spirent cinnama surdum,
Seu ceraso peccent castia.

Enn.

Tarquini corpus bona famina lavit & unxit.

Vel in hoc tempore vires huiusmodi mos, potissimè cum Principum cadaveribus. In fane
re Iustiniani canit Corippus:

Corip.

Thura Sabaa cremant, fragrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odore balsama succo
Centum alia species, unguentaque mira teruntur.

8 Corpora cremata, & ossa sepulta etiam constat in Sacris, ut vidimus de corpore
Afa, num. anteced. etiam 1. Reg. 3. 1. 12. de Ioram dicitur 2. Paral. 21. 19. Mortuus est in-
firmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fe-
cerant maioribus eius. Sedecia dicit Ieremias 34. 5. In pace morieris, & secundum com-
bustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te: & Va
Domine plangent te. Clarefcit etiam ex Amos 6. 10. Et tollet cum propinquus suus, &
comburet eum, ut efferat ossa de domo. Modus concinnandi graphicè describitur à Tibullo
lib. 3. Eleg. 2.

In funeri-
bus etiam
Iudeorum
cremaban-
tur cadave-
ra.

Quomodo
seruaban-
tur ossa ca-
daverum
post ignem?

Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram,
Candidaque ossa super nigra favilla teget,
Ante meum veniat longos incompta capillos,
Et fleat ante meum mesta Neera rogam.

Tibull.

Præfata ante meos Manes, animamque, rigata
Persusa pijs ante liquore manus.
Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa
Incincta nigra candida veste legant.
Et primum annofo spargant collecta Lyæo
Mox etiam niveo fundere lacte parent.
Post hæc carbascis humorem tollere ventis
Atque in marmorea ponere sicca domo.

Etiam descripsit Virgilius, uti ostendimus num. 2.

Nenia
apud Prif-
cos.

Amos.

Esth.

Evellere ca-
pillis.

9 Nenia & alia ludicia (quæ etiam hucusque in Gallicia observantur) deveniunt
faciem, tundere pectora &c. refert pariter Scriptura. Amos 8. 10. Convertam festivitatem
vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum, & inducam super omnem dor-
sum vestrum saccum, & super omne caput cadavicum, & ponam eam quasi luctum unigeni-
titi, & novissima eius quasi diem amarum. Esth. 14. 2. dicitur de illa, auditio à patruo ex-
terminij populi decreto: Cum deposuisset vestes regias, stibus & luctui apta indumenta sus-
cepit, & pro unguentis varijs cinere & stercore implevit caput, & corpus suum humiliavit
ieiunij: omniaque loca in quibus antea latari consueverat, crinium laceratione complevit.
Vide eadem apud Isai. 3. 17. 15. 2. Ierem. 7. 29. Thren. 2. 10. & Ezech. 5. 1. Commune sanè
apud Ethnicos. Sil. Italic. lib. 13. v. 310.

Sil. Ital.

Nunc propexis in pectora barbis
Verrere humum, nunc fœdantes in pulvere crinem
Canentem, & turpi lachryma precibusque pudendis
Fœmineum tenues ululatum fundere in auras.

Virgila

Euripid.

Stat.

Propert.

Ovid.

Virgilius *Aeneid.* lib. 10. v. 726. & lib. 12. v. 209. *Arurasque comas obnubit amictu.* Euripid.
in *Oreste.* *Exequia fuerant rari furtiva capilli munera.* Statius ubi sup. *Cæsariem ferro mi-
nuit.* Propertius lib. 1. Eleg. 17. *Chæon donasset funere crines.* Ovid. *Epist.* Canaces:

Non mihi te licuit lachrymis persfundere iustis
In tua nec tonsas ferre sepulchra comas.

Lacerare
pili.

10 Tunc ergo femine, ut ait Petronius in *Satyric.* Lacerabant vehementer pectus, ru-
ptosque crines super pectus laceratis imponebant. Canit Tragicus in *Troia.* Act. 1. v. 82. ubi
ita furibunda clamat Hecuba ad feminas captas:

Fida casus nostri comites
Solcite crinem, per colla fluant
Mœsta capilli tepido Troia

Pul-

Pulvere turpes: paret cœrtos
Turba lacertos: veste remissa
Substringe sinus, uterogue tenus
Pateant artus. Cui coniugio
Pectora velas captivæ pudor?
Cingat tunicas palla solutas,
Vacet ad crebri verbera plantis
Furibunda manus. Placet hic habitus.
Solutum stendi vincite morem,
Lacerum multo funere crinem,
Coma demisso libera nodo,
Spargitque cinis fervidus ora.
Complete manus: iam nuda vocant
Pectora dextras. Nunc nunc vires
Exprome dolor.

Seneci

Eadem in *Hippolyt.* Act. 5. v. 1177. Videtis plura exempla mori attestantia apud Delt. hic.
Virgilius lib. 4. *Aeneid.* v. 673. & lib. 12. v. 604.

Laniare ge-
nas.

Unguibz ora soror fœdans, & pectora pugnis
Quam cladem misera postquam accepere Latina,
Filia prima manu flavos Lavinia crines,
Et roseas lanata genas: tum cetera circum m
Turba furit resonant latè plangoribus ædes,

Virgila

Ovidius *Epist.* Oenones ad Paridem:

Oraque sunt digitis aspera facta meis.
Sophaocles in *Antigone*, & Euripides in *Helena.*
Sanguineam faciem deformat,
Mædæfaciens formosas genas.
Unguibzque teneras genas
Cruentavit lethalibus plagis.
Inijciam genis cruentos ungues.

Ovid.

Sophaocle

Euripa

11 Sufficiant ergo testimonia astruente feminea deliria, igitur propter huiusmodi
amentiam, quæ ad instar Saliorum lanceolis sese femine limphaticè cruentabant, quasi
non possint explicare cordis mœstitudinem, ni in carne diris vulneribus haberent dolo-
rem, lege cautum est apud Romanos, ne in isthac quasi desperationis signa fanaticè labe-
rentur. Ita ergo lege 5. part. 1. *Duodecim Tabull.* sancitur: *Mulieres genas ne radunto, neve
lessunt* (idest sepultum, quia apud Priscos, uti observat in *99. Epistolicis* Iustus Liptius
Defunctus, Situs, Losus, Lausus & Lesus, aut *Lesus* idem signabant) *Funeris ergo haben-
to.* Quasi in prima prohiberent doloris nimietatem, & in secunda ludicram evulsionem.
Ritus erat Gentium, quas sæpe imitatio Israelitæ, quod enim etiam cautum lege, ut vide-
bimus num. 29. Ierem. 41. 5. *Venerunt octoginta viri rasi barba, & squalentes.* Hebr.
& Ar. *Montan. Incisi Stigmati.* de quo Nos egimus latè hic *Tautolog.* 4. in *Exposit.*
litter. à num. 17. Constat liquidò ibid. cap. 16. 6. ubi dicit Propheta: *Morientur gran-
des & parvi in terra ista: non sepelientur, neque plantentur, & non se incident, neque
calvitium fiet pro eis.* Unde Hieronymus hic: *Ad Gentium similitudinem lacertos incide-
bant, & crinali vestitu caput nudabant, quod honori putabant esse vitæ sanctis cogna-
tis.* Morem Gentium refert Plutarchus in *Consolatoria* ad Appollon. prop. med. *Multis
genibus* (inquit) *assuetum esse in suorum funere deformare corpus, aures, naresque absin-
dendæ, aut alijs corporis partibus fœdè laceratis.* Pridem Cicero *Tusc.* qq. lib. 3. dixit: *Ex
hac opinione sunt illa varia, & detestabilia genera lugendi, padores, muliebres laceratio-
nes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones.* Eadem de Scythijs refert He-
rodotus lib. 10.

Legè Romæ
prohibitum.

Iust. Lips.
Quid Situs
& Losus,
aut Lesus?

Hieronym

Plutarch.

Cicero.

12 Obiter, ne quid intactum relinquamus, quippe opportunè occurrit expositio aliquo-
rum testimoniorum, ingenia Interpretum torquentium; notandum in Ciceronis auctorita-
te ly *Padores.* In funcribus, ut exprimeretur mœstitia, vel ut arte extorquerentur ab ocu-
lis lachrymæ, herbæ foetidæ vel alia eiusmodi cremabantur igne, vel folia vividæ acrisque
pædorij applicabantur ad nares. Quo intelliges illud Iob 18. 15. *Aspergatur in tabernacu-
lo eius sulphur.* & Ezech. 8. 17. *Conversis sunt ad irritandum me, & ecce applicat ramum ad
nares suas.* ubi Paginus ex Hebr. *Fœtorem.* Symmach. *Quasi emittentes sonitum, vel*

Quid sint
Padores in
funere Eris-
corum?
Iob.
Ezech.
Paginus,
Symm.

607-

canticum per naves: quippe fetore, aut suffitu offensæ halitum emittunt; ut mutant, vel tantam effugiant acerbiter. Hinc Lucretius lib. 3. de Rer. natur. v. 70.

Lucret.

Per ramam ita Venus designavit plantum de morte Adonidis, uti canit Ovidius lib. 11. Metam. Fab. 11.

Ovid.

Crebras reducunt naribus auras.
 Luctus monumenta manebunt
 Semper Adoni mei, repetitaque mortis imago.
 Ideo conversus dicitur in anemomen (Nos Amapola) foetidi odoris, licet visu delectabilis. Pariformiter igitur intelligendum in tabernaculo aspergi sulphur: idest cremari in sensus oppressionem, internæ amaritudinis indicem. Fetor sulphure sæpe indicatur ab Scriptura Psalm. 6. 10. Ezech. 38. 22. Quare ob pædorem, vel ob similitudinem odoris terri fulmina dicuntur sulphurea. Ita Plin. lib. 35. cap. 15. Lucretius lib. 6. de Rer. natur. v. 213.

Cæ fulminis vocantur sulphureas

Lucret.

Quod superest quali natura pradita consent
 Fulmina, declarant icibus, & inusta vapore
 Signa, notaque graves balantes sulphuris auras,
 Denique Silius Italicus de Bello Punic. lib. 10. v. 165.

Sil. Italic.

Proavis ab origine cognita quercus
 Ceu fumat percusa Iovi, sacrosque per æcum
 Adberere ramos populantur sulphure flammæ.

Vide plura alia curiosa, & erudita apud Mart. Deir. in Tragœd. Senecæ, & in Adag. p. 2. Adag. 8.

Præfixa in funeribus.

Ierem.

13 Ergo sermo ad Præfixas, quarum etiam usus in Sacra pagina. Ierem. 9. 17. Vocate lamentatrices & veniant, & ad eas quæ sapientes sunt mittite, & properent, & v. 20. Doctæ filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam plantum. & cap. 22. 18. de Ioaicim Iosifæ filio: Non plangent eum, Va frater, & Va soror: non concrepabunt ei, Va Domine, & inclyte. Etiam viri conducebantur in huiusmodi ministerium. 2. Paral. 35. 25. Cantores & cantatrices usque in presentem diem lamentationes super Iosifam replicant. Amos 5. 16. Vocabunt agricolam ad luctum, ad & plantum eos qui sciunt plangere. 3. Reg. 13. 30. Planxerunt eum, Heu heu mi frater Ecclæ. 12. 5. Circubunt in platea plangentes: idest, Præfixæ: ut ait Marian. in Vers. metric. Denique Iob. 3. 8. Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviatham. Dicitque Iobus huiusmodi plantum maledictionem, quippe dolore sibi dira precabantur, & in celum etiam ponebant os suum. Dido apud Virgil. lib. 4. v. 24.

Iob.

Iosifæ eorum in querelæ.

Virgil.

Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat,
 Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras
 Pallentes, umbras Erebi, noctemque profundam
 Ante &c.

Senecæ.

Hecuba apud Senecam in Troad. Act. 4. v. 993.
 Me mea sequentur fata. Non pelago quies
 Tranquilla veniat, sciviat ventis mare
 Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala,
 Dumque ista venient, interim hac pœna in loco est.

Pap. Stadius lib. 1. Thebaid. v. 385.

Stat.

Tunc flere, & scindere vestes,
 Fataque & iniustos rabidos pulsare querelis
 Callicolas, solamen erat.

Qui mos frequens apud nescientes Deum verum, eiusque providentiam. Innuit Baruch. cap. 6. 31. Ruginant autem clamantes contra Deos suos, sicut in cœna mortui. Vide alia num. 34. 35. & 36.

Virgo Dispara placide perialis filij crucem & mortem. Max. Planaude.

14 His & alijs fœminæ furentes quasi ab Erinny percitæ insaniebant, & quæ phantasiæ, præ dolore iactæ, obvia sine circumspicione clamabant; de quo plura infr. num. 34. Non ita Virgo virginum Maria lamentata est filium suum & Dominaam nostrum, ut disthorcè cogitat Maximus Planude, quasi hoc esset traducere fabulas Æsopi. Exhibilandus est, igitur Orat. de Christi sepulchro. & Virgin. lament. statuit. B. Virginem in obitu filij unguibus, ac digitis genas sibi lacerasse; capillos vultu, pugnis contudisse pedibus, omnia inconditis questibus; & insanis vociferationibus complexisse, in Iudæos, Iudam, & quoscumque Christi morti coöperatos multa intorisse. Longè & Virgine Matre huiusmodi æræ: licet tranfixa dolore, stabat supra dolorem: semper ipsa & iuxta crucem. Quicquid omnia

tulit, & sedatè ac placidè perulit. Eius in cunctis voluntas subdita Dei voluntati, & amor conformis amori. Nichil igitur degener a fortitudine invicti animi egit, nec indignum virginei pectoris cœlesti robore vel plena amaritudine demonstravit. Confule Cardin. Vigentium Chord. 7. cap. 13.

15 Pretiosiora sepeliri cum cadaveribus tradit Hieronymus lib. 5. Comment. in Ierem. 8. Iosephus lib. 16. cap. 11. Antig. Iud. ex quo Abulen. tum 3. Reg. 2. quest. 20. cum 2. Paralip. 12. quest. 18. describit fabricam sepulchri David à Salomone structam, & septem loculis distinctam, in quam ingentes thesauros incultit, quorum magnam summam (licet titulo sumptuositate augusti templi quod restauraverat) surripere canentem Herodem, terruit mors duorum satellitum, quos ut interiora penetrarent, præmissit in sepulchri abditum. Idem Iosephus ibid. lib. 13. cap. 15. refert Hircanum Pontificem tria talentorum millia extraxisse ex Davidis sepulchro. Clarè ni fallor constat ex Iob 3. 21. 22. Quasi effodientes thesaurum, gaudentes vehementer, cum invenerint sepulchrum. & Ierem. 8. 1. Efficiet ossa Regum Iudæ & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum & ossa Prophetarum & ossa eorum qui habitaverunt Ierusalem de sepulchris suis. Idem Baruc. cap. 2. 24. quia pretiosam suppellectilem, vasa argentea & aurea, ornamenta pulchra, aliaque æstimatione digna inferri sepulchris cum cadavere solitum. Vide Pincedam in Iob 3. v. 22. & de Rebus Salomonis lib. 4. latè, maxime cap. 1. à num. 10. & cap. 2. num. 7. ac Sanctum in Iob & Ierem. loc. cit.

Pretiosa sepeliantur cum cadaveribus.

Iosephi Iud. Iob.

Ierem.

16 Apud Proianos passim. Consuetudo apud Perfas constat ex Herodot. lib. 1. qui ibid. refert inscriptionem sepulchri Semiramidis: scilicet, Si cui Regum Babylonis post me futurorum fuerit pecunie penuria, aperto sepulchro sumat quantumcumque liberit &c. Unde Xenophon laudat Cyrum, eò quod testamento mandasset, ne corpus suum auro aut argento includeretur, sed terræ mandaretur. Alianus Var. histor. lib. 7. cap. 8. de Alexandro ita ait: Cum Hephestion diem suum obisset, Alexander iniecit in pyram armis, auro, & argento, simul ea cum mortuo igni tradidit, itaque vestem magni pretij apud Perfas. Suetonius in funere Cæsar. cap. 84. Ita profert: Quicquid præterea ad donum aderat, congestis; deinde tibicines, & sceni artifices vestem, quam ex instrumentis triumphorum ad presentem usum induerant detractam sibi, atque disscissam iniecere flammæ, & veteranorum militum legionarij arma sua, quibus exultit finus celebrabant. Matrone etiam pleræque ornamenta sua que gerebant, & liberorum bullas, atque prætextas &c. Eadem refert in Nerone. cap. 50. Plautus huius ritus memoret, ait in Pseudol. Act. 1. Scen. 4. v. 19.

Ser. a' clera de miramidis, Hephestionis Cæsar. & aliorum.

Plaut.

Ex hoc sepulchro veteri viginti minas Effodiam ego bodie, quas dem herili filio. De quo Kirchmanus latè de Funer. Rom. lib. 3. cap. 24. Marquardus Freherus Parerg. lib. 1. cap. 4. Tiraquel. in Alex. lib. 3. cap. 7. & Donatus in illud præfat. Virgil.

Decorant que super fulgentibus armis. Et in lib. 11. v. 591. ubi Poëta fingit loquentem Dianam. Hac quicumque sacrum violaverit vulnere corpus, Tros Italusq; tibi pariter det sanguine penas: Post hac nibe cava miseranda corpus & arma Inspoliata feram tumulo, patriæque reponam.

Virgil.

Astruit etiam Lucanus lib. 9. de Bell. Pharsal. v. 10. Non illuc auro postii, nec thure sepulii Perveniunt.

Lucan.

Etiam apud Græcos: igitur Homerus de Penelope canit, Odyss. 2. v. 94. textis speciosum telam, quæ corpus Lærtis foci eius involveretur, cum decederet è vita. Eversa magnam telam intra domum texerat Lærti sepulchralem, quando tandem ipsam Fatum malum prehenderit aspera mortis.

Homer.

Apparatum insignem in funere Herodis refert Iosephus de Bell. Iudæa. lib. 1. cap. ultimo. Lectus quippe (ait) totus erat gemmis, auroque distinctus, torus autem purpurâ variatus, corpusque super eum velatum itidem purpurâ. Capiti autem diadema erat impostum, corona verò desuper aurea, sceptrumque in dextera &c. Sozomenus lib. 1. prope fin. refert in sepulchro Zachariæ Propheta inventum fuisse puerum è regia stirpe aurea coronâ redimitum, & vestibus regalibus indutum.

Iosephi Apparatus in funere Herodis Magoi.

17 Quid igitur mirum, igitur sæpe uxor, vel si plures vir habuerat, clarior se cum cadavere projiciebat in bustum. Canit Propertius lib. 3. Eleg. 13.

Nam.

*Femina vi-
ris mortuis
se cum eo-
rum cada-
veribus pra-
jiciant in
bustum.*
Propert.
Horat.

Horatius lib. 2. Od. 17. v. 10.

Namque ubi mortifero iacta est fas ultima lecto,
Uxor em fusis fiat pia turba comis,
Et certamen habent lethi, que viva sequatur
Coniugium. Pudor est non liquisse mori.
Ardent victrices, & flamma pectora praebrant,
Imponuntque suis ora perusta viris.

Ibinus, ibimus
Utrumque praecedens, supremum
Carpere iter comites parati.

Ovidius lib. 12. Metamorph. Fabul. 7. & Virgilius lib. 8. Aeneid. v. 486.

Oraque ad ora
Admouet, atque anima fugienti obistere tentat.
Componens manibusque manus, atque oribus ora.

Ovid.
Virgil.

*Quomodo
apud Indos
sepe abantur
reliqua
mo, tuarum?*

*Uxor magis
dilecta arde-
bat cura ma-
riti cada-
veris*

*Decuriones
in funeri,
gladiatores,
Sueton.*

Plin.

Horat.

Virgil.

Senec.

*Epulum in
funere.*

*Ioseph.
Iud.*

August.

Apud Indos usus praevaleuit, priusquam Christianam recepissent fidem. Cum vir ibi moritur, cadauer eius in rogam dolatum comburitur, & in cineres redigitur, cineres vero isti in vasculum colliguntur, inque domum defuncti relati pretiosissimi thesauri loco habentur, atque afferuntur. Una autem ex uxoriibus eius, quam praeceteris charam in vita habuit, octavo vel decimo a morte eius die prandium instruit, & cum amicis familiaribusque suaviter convivat, finito prandio ad locum cum amicis, ubi interim ingens ignis extructus est, procedit, salutatisque illis in ignem leta prosilit, amorem suum erga maritum hac ratione comprobatura, quod ipsum ab astantibus, & tripudiantibus amicis in honorem & beatitudinem ipsi reputatur. Ita habetur in Nona part. Indiae Orientalis Icon. 5. in Secunda, Icon. 9. & 32. in Sept. Icon. 2. 2. & Duodec. cap. 3. in Occidentali part. 1. Icon. 22. part. 8. lib. 5. cap. 5. & 6. part. 9. Icon. 5. in Legat. Batavic. part. 2. cap. 5. Alia vide apud Textor. in Officin. lib. 2. cap. 103. & Franc. Pomey in Libris.

18 Apud Romanos decuriones fiebant cum scutis, ut refert Torrentius, & Suetonius in Claudio, cap. 1. in Neron. 7. & in Galb. 6. vel pugnabant gladiatores. Munus gladiatorium in memoriam patris (subdit Suetonius de Tiberio cap. 7.) & alterum in avi Drusi dedit, diversis temporibus ac locis: primum in foro, secundum amphitheatro. Mortem homicidij consolabantur, quia cogitabant, animas defunctorum humano sanguine propitiari. Plin. lib. 15. cap. 18. Ara inde sublata gladiatorio munere Divi Iulij, quod novissime pugnavit in foro. & lib. 35. cap. 7. de C. Terentio Aro, a quo adoptatus fuerat, triginta parva in foro per triduum dedit. Canit quoque Horatius lib. 2. Satyr. 3. v. 84.

Heredes Staberi summam incidere sepulchri:
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnatam populo parva, atque epulum.

Virgilius lib. 10. Aeneid. v. 518.

Quatuor hic invenies totidem quos educat Ufens
Viventes rapit inferias quos immolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flamma.

Seneca in Troad. Act. 2. v. 294.

Quod si levatur sanguine infuso cinis,
Opima Phrygij colla cedantur gregis.

Eadem Ovidius lib. 12. Metamorph. Pabul. 1. a v. 1. & v. 364.

19 Epulum in lectu designat etiam Scriptura. Ierem. 16. Hae enim dicit Domine: Ne ingrediaris domum convivij, neque vadis ad plangendum, neque consolaberis eos. Hebraei laetas in parentalijis ornabant mensas, ut erga fato inunctos ostenderet charitas. Diebus septem (inquit Iosephus lib. 2. de Bell. Iudaic. cap. 1. de Archelao) in legendo patrem consumptis, epulisque seralibus prolixè populo exhibitis (hic autem mos apud Iudaeos necessariè multos ad inopiam redegit, nam qui cum neglexerat, impius existimabatur) caenada et esse indutus procedit ad templum. Ad templum arbitror, ut victimas offerret pro patre, uti claret fecisse Iudam Machabrum lib. 2. cap. 12. 4. 3. quae quidem cedebant in usum sacerdotum vel debebantur egenis. Quapropter Tob. 4. 18. dicitur. Panem tuum & vinum tuum super sepulchrum iusti constitue (Haud more Ethnorum, qui cogitabant noctu surgere comedere & bibere, ut tradit Tertulianus lib. de Resurrect. carn. cap. 1. & Epiphanius in Anchorato, reprehendi que Augustinus Epist. 64. ex illo Eccli. 30. 18. Bona abscondita in ore clauso quasi appositiones epularum circumstolite (sepulchre) Sed dumtaxat ut in de fu-

me-

merent pauperes; & orarent pro defunctis. Quod indicatur à Baruchi contraria obliens Idolorum Sacerdotibus, cap. 6. v. 27. Hostias illorum vendunt Sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter, & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquod impertiunt.

20 Cibis eiusmodi vocabatur feralis: ab Ezechiele 24. 17. Cibis lugentium, quippe tunc largius bibeant, ut vino hausto dolorem lenirent, vel mœstitudinem vini spiritu levarent: quod patet ex Ieremia 16. 7. ubi: Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre: idem Prov. 31. 6. 7. Apud Principes olim usitatissimum: de Atheniensibus tradit Polux, de Scythis Herodotus lib. 4. De Romanis Sueton. in Caesar. August. & alijs. Vidimus ex Horatio n. 18. Populo parva, atque epulum. Ex Persio Satyr. 6. v. 33. Sed canam funeris heres negliget iratus. Virgilius lib. 5. Aeneid. v. 90.

Obsupuit visu Aeneas. Ille agmine longo
Tandem inter pateras & levia pocula serpens
Libavitque dapes, pursusque innocens imo
Succesit tumulo, & depasta altaria liquit.

Huiusmodi convivia vocabantur Silicernia, eo quod super silicem; seu super nudam humum solerent fieri, ut notavimus num. 3. Hæc inter celebrantes parentalia, tam vitæ iam fundis apponebantur esculentæ, & poculenta. Quædam refert Virgilius lib. 5. in Anchisæ iuferijs, & pro Polydoro lib. 3. v. 66.

Inferimus tepido spumantia cymbia lactæ
Sanguinis, & sacri pateras, animamque sepulchro
Condimus, & magna supremum voce elemus.

21 Denique laudatio, seu funebri panegyris pro defuncto, constat ex lamentationibus Ieremias in Iosia morte. 2. Reg. 3. 33. de Abner ait David: Nequaquam ut mori solent ignavi mortuus est Abner. Manus tue ligatae non sunt, & pedes tui non sunt compediti aggravati, sed sicut solent cadere coram silijs iniquitatis sic corruisti. Ita etiam summe idem laudavit Saulen, Ionatham & inclytos duces Israél, 2. Reg. 1. 18. Alludendeque huiusmodi morem Baldad lob. 18. 17. de impio dicit: Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis: igitur viri insignes de Republica præclare meriti, plaudebantur fato fundi. Frequenter à puero vel puella, inter cognatos vel filios natu minima. Homer. Odyss. 3. v. 463.

Minima natu filia Nelida.

Orationis finis formula erat (ideoque nonnumquam sculpta sepulchris S. T. T. L.) Sit tibi terra levis. Canit Propertius lib. 1. Epig. 17.

Ille meum extremo clamasset pulvere nomen,
Ut mihi non ullo pondere terra foret.

Tibullus lib. 2. Eleg. ult. Sic bene sub tenera parva quiescat humo. Ovidius Epist. Didus. Mollior ossa cubent: quem styllum iterat lib. 1. Amor. Eleg. 8. & lib. 3. Trist. Eleg. 2.

Nec mandata dabo, nec cum clamore supremo
Labentem oculos consist amica manus.

Aufonius in Parental. 19.

Ille etiam mœsti, cum defuit urna sepulchri
Nominem ter dicto saepe sepulchri erit.

Iuvenal. Satyr. 7. v. 205. & Martial. lib. 5. Epigram. 36.

Dij maiorum umbris tenuem; & sine pulvere terram
Mollia nec rigidus cespes tegas ossa; nec mihi
Terra gravis fueris, non fuit illa mihi.

Seneca in Troad. Act. 3. v. 1050. Patrie tellus Hæc torem leviter premat. Sicut econtrà dira defunctis precantes dicebant: Sit tibi terra gravis: lapis, humus &c. Hoc enim dicebant ut torquerentur à Manibus. Idem in Hippolyt. Act. ult. v. ult. Gravisque tellus impio capiti incubet: & Ovidius tæpe in Ibin. Tibull. lib. 1. Eleg. 4. Infelix urgeat ossa lapis. Plura videbis apud Barn. Brillon. lib. 1. de Formul. Quem morem recolit Tertullian. lib. de Anima, cap. 4. ubi: Terram gravem imprecaris, & cineris penes inferos tormentum. Arbitrabantur enim animam inesse corporis ossibus (quotique vi rumpere terram, & avolare et tumulo in caelum, aut in campos Elyfios) & nullo exitu in tumulo indulto animam premi & dispergi. Satis deliriorum. Contule Senecam Epist. 58. Finito ergo apparatu publice dicebatur licet: Id est, ire licet: Actum est; tuoque, si princeps erat, tibi ni intenebris sederet.

Tom. II. Taut.

Ece

gon

*Quid sit
lugentium?*

Horat.
Persi.

Virgil.

*Cur Silicernia
vocabantur
ferales
epulae?*

Virgil.

*Oratio fan-
cti
bri.*

2. Reg.
Iob.
Et à natu
minima.

*Quid sit
tibi terra
levis?*
Propert.

Tibull.
Ovid.

Aufon.

Iuvenal.
Martial.

*Quid sit
tibi terra
gravis?*

Tertull.
Ilian.

32 His præmissis proclivè exponemus principalem huius Tautologiae auctoritatem Venit ergo Abraham functa fato coniuge, ut plangeret & fletet eam. Venit. Aliqui cogitarunt, veuit de monte Moria ab immolatione filij, quod falsum est: quippe Surgere, Venire, Converti, & alia sic sæpe in Scriptura sunt paragogia, & ornatus adhibentur gratiâ. Repetere licet, quod aliâs annotavimus in Prolog. Galeat. §. 4. n. 3. & 4. ac Tom. 1. Tautol. 4. Didasc. 14. n. 9. scilicet, verba multoties poni pro Adverbij, vel Interiectionibus. Ibi plura iacent testimonia cogitationi attestantia, addam & alia. Cant. 2. 3. Surge, prope-
ra. Id est, citò propera. Eia propera. Levit. 24. 10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis. Hoc est; ecce accidit, ut quidam filius &c. Exod. 3. 10. Veni, mittam te ad Pharaonem: scilicet, nunc mittam te. Ierem. 2. 2. Vade, & clama: nempè, modò clama. Psalm. 94. 1. Venite, exultemus Domino. Ierem. 11. 19. Venite, mittamus lignum in panem eius: q. d. nunc exultemus, mittamus &c. sic plura in verbis Venio, Convertito, Revertito, Aldo, Adificio, Surgo. Consule Forerium in Isaiam 6. 12. Riberam in Oseam 5. num. 7. Garpar. Sanctum in Propb. min. passim, & Sanct. Pagnin. lib. 4. Institut. Hebraic. Regul. 22. Hinc textus expositio. Venit ergo Abraham: hoc est, mortuâ Sarâ, illicò exequias ei magnificè fecit, cum planctu & fletu.

33 Placet etiâ sententia Pererij, asserentis hic num. 10. venisse Abrahamum cum cognatis & amicis è domo propria, ubi mortua Sara, ad locum quo faneris erat peragendum officium. Mihi videor hic videre hysteroiogiam, uti dicemus Tautolog. seq. num. 1. igitur prius erat, quòd emeretur spelunca, quam quòd funeris fierent officia: quæ quidem fiebant iuxta splendorem iam functi, septem, triginta, vel quadraginta dierum spatio, uti dicitur Eccli. 22. 13. Num. 20. 30. Deuter. 34. 8. & Genes. 50. 2. (De Ethnicorum ritu vide Gyraldum ubi supr. & Senec. de Consolat. ad Helo. cap. 16.) Tunc Abraham ad pompanu funeralem se præparans, cœpit pro coniugis cadavere officia. Indicant lectiones. Syr. Cœpit Abraham plangere. Rav. Ionath. Sedit ad lugendum Sarâm, & ad stendum eam. Non domi sicut Samuel 1. Reg. 25. 1. neque in horto domus sue, sicut Manasses 4. Reg. 21. 18. igitur uti Abraham locutus est ad filios Heth: Advena sum, & peregrinus apud vos, nec sepulchrum sibi habebat: quare in spelunca duplici, quam ab illis emit, cadaver condidit: è domo propria, vel è tabernaculo educum corpus efferebatur in locum editiorem, ibique officia peragebantur, postque in loculum inferebatur.

34 Quare additur; Ut plangeret, & fletet. Id est verè fletet, & animi mœlitudinem luctu exprimeret. Ideo Arabic. Ut affligeretur coram mortuo, & contristaretur. Ar. Montan. Ut amaritudinem exprimeret. Perf. Ut consolationem haberet de Sarâ, & desleret eam. Apud consolationem: siquidem de Romanis morte Scipionis mœlissimis canit Silius Italicus lib. 13. v. 389.

Quantum
pore dura-
bant ex-
que apud
Hebraeos

Quid est,
Plangere &
fletet
Prima expo-
sitis.

Sil. Italic.

Non plorari
plarabant
Prisc.

Seneca.

Quare?

Ovid.

Expositio
secunda.

Lucil.

Homér.

Non comites tenuisse valent, non ullus honorum
Militiæ pudor: pietas irata sinistra
Cœlicolis fruit, atque odit solatia luctus.

Huiusmodi expressio angustiae inest ut solatium cordi, cui summus dolor & extrema calamitas, si aliquo casu deficeret luctus felicitas: quare Oedipus apud Tragicum v. 55.

Fletuque acorbo funera, & questu carent,
Quin ista tanti perovicax clades mali
Siccavit oculos; quodque in extremis solat,
Periere lachryma.

Et Ovidius lib. 7. Metamorph. Fabul. 25, de clade aëris corruptione, facta, & merore civium, canit:

Qui lachryme nit, defunt, indefletaque vagantur
Natorum, matrumque anima, iuvenumque, senumque
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.

35 Ut verè uxorem plangeret ad luctum cum amicis venit, haudquaquam vocans lamentatores vel lamentatrices, quæ ad defendos mortuos conducebantur, ut astruit Plato lib. 9. de Legibus, & Lucilius lib. 2. Antolog.

Mercede que
Conducta sicut alieno in funere præfice
Multo, & capillos scindunt, & clamant magis;

Homer. Iliad. 24. v. 31. in funere Hector.

Sic dixit stens: in super genuit populus multus.

Cui assipulatur Nonius lib. 22. Dionys. & etiam Horatius de Arte, v. 429.

Etiâ

Etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem. Saliat: tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo—

Ad rem igitur ly Dolentibus ex animo, quippe qui conductur, ploratus fingunt. Virgil. Præfice in
lib. 10. Aneid. v. 465. Lachrymas quæ effudit inanes, & Ovidius de feminis lib. 3. de Arte.
& lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Quò non ars penetrat? Discunt lachrymare dece n ter.
Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.
Quin etiam discunt oculi lachrymare coacti
Et faciunt udas ille vel ille genas.

Ideo Iuvenalis Satyr. 3. v. 101.

Flet, si lachrymas conspexit amici, Nec dolet.

Qui corde dolet, verè dolet; & qui dolet, verè flet: hac ergo causa additur sæpe planctus
planctui, luctui luctus, gemitibus gemitus. Thren. 1. 16. Itcirco ego plorans, & oculus meus
deducens lachrymas. Quæ dicuntur Calide ab Homero quia ex cordis mœlitudine, & Vera
ab Ovidio; quippe ex dolore: ab alijsque Poëtis Pida, Tristes, Amara, Misera, Aceres,
& Tenera. De quo Nos hic Didasc. 5. num. 10. 11. Pro quo sciendum est, discrimen olim
esse inter Præficas, & Funeras: igitur Funeræ erant quæ verè dolebant, Præfica autem,
quæ invitæ plorabant, seu planctus fingebant. Unde conducebantur, ut vidimus, Funeræ
verò erant vel foror, vel coniux, vel mater: quare mater Euryali apud Virgilium lib. 9
Aneid. v. 486. clamat:

Præfice in
funere.

Ovid.

Earum la-
chryma fr-
ta.
Thren. 1:
16.
Calide &
tenera quæ
Discrimen
Præficarum
& Funera-
rum,
Virgil.

Nec te tua Funera mater
Produci, præfice oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens.

Quæ verò Præfica, dumtaxat vocabantur ad doloris speciem, seu funeris ostentationem,
ut constat ex dictis. Inocognitus in Psalm. 50. v. 10. Lachrymabiliter flere: ait. Lamenta-
trices autem, suspectis, invitæque lachrymis (quoniam ars construit, & oculos flere erudit)
non sicut plangentis, nec lachrymantur plorantes. Abraham flevit & luxit, siquidem obitus
coniugis afflixit, & commovit in planctum viscera, teste dilectionis lachrymâ. Quadrat in
propositum illud Seneca Epist. 99. Vidi ego in funere suorum verendos, in quorum ore amor
eminebat, remotâ omnium lugentium scenâ. Nihil erat nisi quod veris dabatur affectibus.
Non est itaque quòd lachrymas propter circumstantes, assidentisque aut contineas, aut ex-
primas: nec cessant, nec fluunt umquam tam turpiter, quam finguntur. Assipulatur Cicero
de Legibus lib. 2. & in Tuscul. quest. lib. 3. Hoc idem in dolore maxime est providendum,
ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid serviliter, muliebriterve faciamus.
In primisque refusetur Philolettis ille clamor. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est,
idque rarò: eiulatus ne mulleri quidem. Et hic nimirum est fletus, quem XII. Tabula in fu-
neribus adhiberi veterunt. Diximus supr. num. 11.

Incognitè

Modestus
iristina in
luctu,

Quid Philo-
lettis clau-
mors

36 Ut plangeret, & fletet: ritu maioris, habitu funebri (scilicet atro, & vestimen-
tis scissis, ut mos erat: notat Pagnin. in Ierem. 8. 21. & Psalm. 34. 14. Vestibus pullatis,
& scissis. Huiusmodi ritus etiâ Ethnicorum fuit. Vide Senecam in Lud. Claudij, Sueton.
in Nerone. cap. 42. & 47. Ovidius lib. 8. Metam. Fabul. 4. Auratis mutavit vestibus atras. Sic
alij passim) non ut carnem corporis faciaret propter merorem, neque dita precatetur,
ut Gentiles faciebant, & innuit Senec. in Troad. Act. 1. v. 114. & in Hercul. Octavo Act. 5.
vers. 1665.

Tertia Ex-
positio.
Ferre atras
in funere,
& scindere
vestes, etia
apud Ethnicos
erit.

Tibi nostra ferit dextra lacertos,
Humeroque ferit tibi sanguineos,
Tibi nostra caput dextra pulsat,
Tibi maternis ubera palmis
Laniata iacent: fluit, & multo
Sanguine manat, quamcumque tu
Funere fecit rupta cicatrix.
Nec lachrymas dolor
Cuiquam remisit. Mater in luctum furens
Diducit avidum pectus, atque utero tenus
Exserta, castos ubera in planctus ferit:
Superosque & ipsum vocibus pulsans Jovem.

Seneca

Ime

Vide pulchra apud Delr. hic. Denique Statius lib. 11. *Troebaidos* v. 3154

Stat.

At genitrix primium funesta sortis, ut amens
Expavit famam (nec tarde credidit) ibat
Scissa comas, vultuque & pectore nuda cruento,
Non sexus, decorisque memor.

Haud ita Abrahamus, sed ut ait pro huiusmodi argumento Seneca ubi supra: *Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus.*

Quarta expositio.

37 Ut plangeret & fletet, non ut in apparatu ferali ostentationem faceret facultatum, sed ut lachrymis exprimeret pignus amillum; & pateret quam digna erat planctu, quam iam non erat, oblati pro anima coniugis Deo Opt. Max. pijs precibus & sacrificijs; modo quo diximus num. 19. Aliquid odor in hoc planctu & fletu: & quantum angustior, plangere & flere hic non idem significant, sed alterutram vel sepulturam, vel funeralem pompam. Ita ut sensus sit: Venit Abraham ut sepeliret coniugem mortuam, & fletet eam: vel venit ut plangeret, & eam sepeliret. Planctus enim in Scriptura saepe fumitur pro sepulchro, & contra. Psalm. 78. v. 3. Postquam insepulturam carniū sanctorum David recoliit, & lamentatur, addit: *Effuderunt sanguinem eorum in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Id est, qui fletet: quod quidem summa calamitas, ut vidimus num. 34. In prima acceptione, Ieremias cap. 34. 4, 5. Sedecia dicit: *Morieiis, & Ve Domine plangent te:* hoc est, sepelietis: de Ioachim autem cap. 22. 18. *Non plangent eum:* quia uti subdit v. 19. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Etiam cap. 16. 6. *Non sepelientur, nec plangentur.* Etiam apud Senecam invenio huiusmodi cogitatum: & etiam in *Troia.* Act. ult. v. 1098. succinit:

Planctus vel fletus pro Sepultura.

Senec.

Id est, non flet, qui sepelitur. Dixerat quoque Ovidius lib. 4. *Metam.* Fabul. 34

Ovid.

At populus lacrymas, quas illa tenebat, Non tenet.

Hieron.

Quippe pestilentia sublatas, & illa flebat eiusmodi calamitatem. Hinc claret, quod fletus & planctus nequeant pro eodem assumi; sed planctus pro funere, & fletus pro mœnore, quatenus veniret Abraham, ut coniugem sepeliret, & sepultam vel sepeliendam fletet. Favet Hieronym. Epist. ad Paulam de morte Blefillæ. *Planctum aliquando significare non ipsas lachrymas, aut plangentium exanimationem, sed pompam funeris, & exequiarum ornatum.*

Dolor non ostentatio debet esse in bellis.

38 Ideo additur *Eam.* Venit ut eam sepeliret, & non pretiosa cum ea, neque alia faceret more Ethnico, quorum meminimus supra, & præ omnibus feliciter cecidit Lucanus *de Bell. Pharsal.* lib. 6. à v. 535. & lib. 9. v. 173. ubi:

Lucan.

Geminato verbere plangant.
Ut primium in fœcia pervenit littora terra;
Collegit vestes, misereque in signa Magni
Armaque, & impressas auro, quas gesserat olim;
Eruias, pijsasque togas, velamina summo
Ter conspecta Iovi, fœnesteque intulit igni.
Ille fuit misera Magni cinis.

Cod. Theo.

Ut fletet tantum, non ut epulum institueret, & cætera supervacua in apparatu funebri, dum cor totum debebat esse tristitia. Innuit Codex Theodosianus tit. de *Sepulch. violat.* Ubi: *Libertari convenit populi aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur.* Inquiri potest, cur dicitur: *Ut fletet eam, si cadaver neutrum est?* Hinc illud ænigmaticum. *Ælia Lelia nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec iuvenis, nec anus, nec puësca, nec impudica, sed omnia.* Expositionem habes hic præcedente *Tautolog.* in *Litter.* num. 24. Saepe nomen retinetur prioris conditionis. Ibi sunt plura attestantia testimonio. Renno lecorum fastidia, & implere, vel potius farcire follia.

39

Hæcine pro Textus explanatione sufficiant: restant Versiones quæ ferè in expositione sparsæ. *Venit Abraham, ut plangeret, & fletet eam.* Syr. *Cæpit Abraham plangere Saram.* Rab. Ionath. *Sedit Abraham ad legendum Saram, & ad standum eam.* Per. *Venit Abraham, ut consolationem haberet de Sarab, & deseret eam.* Oleastr. *Ut plangeret Sarab, & ut fletet eam.* Arabic. *Ut affligeretur coram mortuo, & ut contristeretur.* Denique Ar. Montan. *Ut amaritudinem exprimeret.* Flectamus igitur calami cursum in aliquod documentum.

Cod. Theo. dof. *Ænigma de cadavere hermæpbrodico. Saepe nomen retinetur conditionis prioris. Personæ.*

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Venit, ut plangeret:* & venit, ut exultaret; quoniam ad plangendum venit.
2. *Venit, ut plangeret.* Vivide. Plures veniunt in templum, ut plangantur.
3. *Venit, ut plangeret.* Id est, citò: & planxit, quia citò venit.
4. *Ut plangeret & fletet.* Quis non? *Qui lachrymis gaudet.*
5. *Ut plangeret & fletet;* ne, ni rectè, fleta plangeret.

6. *Ut plangeret, & fletet:* igitur non flet, qui penitens plangit, ni per effusam lachrymam, mortuam animam revocaverit ad vitam.
7. *Plangeret, & fletet;* ut unde maestitudinem, haberet consolationem.
8. *Eam.* Mortua & ipsa? Uti que: & quia cadaveris florebat memoria; & quia nullum discrimen pulchritudinis & cadaveris.

DIDASCALIA PRIMA.

Magnanimi est, in reconciliationem etiam offensum offensorem querere.

Maxim.

Ach. Bocch.

Quæ cõ-

Eph. 4.

S. Be- ned.

Dixit Maximus *Serm.* 7. Magnam sanè, si homo non læserit, à quo læsus: magnum, si etiam læsus, remiserit: magnum, si potens ulcisci, pepercerit. Comprehendit Achilles Bocchius lib. 2. *Symb.* 44. *Magna animi virtus, numquam si læseris, à quo læsus es: at maior, si læsus spontè remittat: Maxima, si parcas, cui pœsis ipse nocere.* Hæc maxima: cæterum, ni fallor, est aliquid ultra. In his se vincunt humana corda, sed offenditium & offensorem sunt omnino diversa: aliquid maximis est maius, dum affligit inimicus: igitur reconciliatione cordium averfantium facta, quæ diversa prorsum, sunt cor, & anima una. Hinc Patriarcha N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 71. (ait) *Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire.* Desumpti documentum ex Paulo ad *Ephes.* 4. 26. ubi: *Sol non occidat super iracundiam vestram:* ut si fragilitate humana, bile, sensus abundantia, commotà, pateant corda certantium diversarum; supportantibus invicem, vi reconciliationis, servent unitatem spiritus in vinculo pacis.

sensus, imò offensor & verbis & factis: læceat in terra prostratus ante pedes Prioris. Quid magni faceret, si veniam peteret ab offenso. Alia est perfectionis magnitudo: & Monacho iuxta *Regulam* incumbit: ante pedes offensoris sese humiliter curvare; quoniam omnino magnum, offensum offensorem in pacem querere.

In luctu Abrahami timor huiusmodi perfectionem. *Venit ut plangeret:* & venit ut exultaret; quoniam ad plangendum venit. Propter mortem speciosè coniugis plangit Abrahamus, quam deplorat oculus. Symbolum patet mortis animæ ob deformitatem culpæ. Deus offenditur: sed venit Abraham, ut plangat, & de morte doleat; siquidem ius est, ut qui fecit delictum, querat feribus offensum. Plangit, quia dolet: quia dolet, venit; ut deponat veniam, qui commisit iniuriam. Hæc homo: altiora Deus; igitur ut quamprimum redeat miser ad vitam; vel offensum querit, qui fecit offensum. Peccator venit, quippe de anima morte intimè dolet, ac propter dolorem plangit; & Deus misericors venit, ut offensorem querat; quasi ipsi magis, quam dolenti, de morte intromissa doleat.

2. Gloriosus Legislator, qui decretum tulit, ibid. cap. 71. in altiora meditante exposit. *Siquis frater leviter senserit animum Prioris cuiuscunque contra se iratum, vel commotum, quamvis modicè, mox sine mora tandiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque diem benedictione sanetur illa commotio.* Optima in charitatem regula: verum quid si nulla causa? Quid si qui irā commotus non est off-

Magnū intendere offensum piam care offensori anim.

Gen. 23. 2.

Amis Dei infigitur, ut ostentetur peccatoris.

Pi. 852.

2. Reg. 11. 42.

Et erat